



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Christ. Francisci Paullini, Ferrariâ-Thuringi, Rerum Et  
Antiquitatum Germanicarum Syntagma**

**Paullini, Christian Franz**

**Francofvrti ad Moenvm, 1698**

Justini Bartramii Pontifices Hillesheimenses metro vincti.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44860**

Sis felix & fausta mea, Hillesheimia, Nutrix,  
candida Te servet Pax, amor, atque salus!  
Nulla salus bello: sit pax! sic omnia rident;  
ex pace est bellum, quicquid in orbe vides.  
Dum Pacem dico, bona singula diximus: ergo  
sit pax vobiscum! plebs canat omnis: amen!

## JUSTINI BARTRAMII PONTIFICES HILLESHEIMENSES metro. vincit.

- S**ylvia dedit nomen celebri viciniori urbi;  
abs illa hæc *Hillesheimia* dicta fuit.  
**A**ra sacrata Tibi Virgo Sanctissima, cuius  
devotus cultor Rex *Ludovicus* erat.  
**P**rimus Rector erat fidus *GUNTHARIUS*, ædem  
*Cecilia* arque aulam condidit ille sacram.  
Saxoniam à veteri fermento purgat, & istam  
in Domino firmat; sicque beatus obit.  
**R**EMBERTUS paucis, quæs sedit, mensibus, implet  
sanctum perfecti Præsulis officium.  
**E**BO Rhemensis, Regi suspectus, & exul,  
obtentio baculo rexit ovile bene.  
Doctrinâ & vitâ præluxit in omnibus (uno  
ut verbo dicas) irreprehensibilis.  
**A**LFREDUM Corbeia dedit, Sanctissima Mater,  
Pontifices inter Maximus ille fuit.  
Basilicam à fundamentis extruxit, & ampla  
claustra suo sumtu condidit ille tria.  
**A**svvedense, Salingstadense: tque *Assidiense*;  
quodlibet ad leges est, Benedicte, tuas.  
Adjecit redditus quantos: cuncta hic *Alefredus*  
vivens & moriens fecit ubique bene.  
Dat rursus *Corbeia* Virum pietate nitentem,  
**L**UDOLFUM, sed mox desit ille Pater.
- (Q)
- V.
- Ut
- I.
- II.
- III.
- IV.

VI.

Ut vix inveniatur Præfulum in indice nomen,  
electus siquidem, non benedictus, erat.  
Successit *MARQUARDUS*, pacis cultor & æqui,  
quem *Nordmannorum* gens furiosa necat.  
Quam pretiola autem mors, pro Christo cecidisse!  
næ, vitam qui sic perdidit, inveniet.

VII.

*Gandesa* templum *WICPERTUS* perficit, atque  
*Baptista Domini* consecrat istud ibi.

VIII.

Hic artis Medicæ gnarus, bona scripta reliquit,  
judicium quibus ex cernis & ingenium.  
*Corbeja* ad *Wilaram WALBERTUS* filius, æquis,  
fervens, & catus in relligione fuit.

IX.

Imperii occurrit mutatio multa *SIGHARDO*,  
ornatur templum h̄c araque sancta *Crucis*.

X.

*Auro* suggestum puro vestivit, ubique  
eius in hac sancta splenduit æde nitor.  
*Gandefiam* rursus condit Venerande *DITHARDE*,

XI.

accipit ornatum Maxima Virgo suum.  
Aurea in hoc templo cni tabula longa pendit,  
distincta haec geminis, caraque valde fuit.

XII.

Æquos fecisti cives, equitesque fideles,  
reddat ut obsequium par tibi quisque suum.

XIII.

*O THWINUS* Bergā veniens benedictus ad Albim,  
ornamenta ædi dat pretiosa sua.

XIV.

Dat vinum certis quoque Fratribus ille diebus,  
affert Epiphani Præfulis ossa Piz.  
Plura dedit bona, villas, prædia pinguia, cætum  
defendens & amans dexteritate suum.

XV.

Est, *OSDAGE*, tui magnum *Algermisum* amoris  
pignus : quid porro dextera larga tulit?

*Jurgia* multa ciet *Gandæ* rixosa *Sophia*,  
opponis clypeum, Vir Reverende, tuum.

Contra *Palligerum* validè tua jura tueris,  
i nunc, & turbas, fæmina bella, move!

Munera *GERDAGI* minus *Algermisum*, & amplius  
est *Siprechthuſum*, quæ dedit ille Deo.

Pluscula largitus, citius nisi Parca necasset ;  
sat tibi, quod fuerit sedulus atque probus.

Cum lacrymis præ latitia tua mœnia vidit,  
Roma, ante excessum, sicque beatus erat.

QHIS,

Quis, BEERWARDE, tuas laudes exponet, ubique  
inque choro atque foro gloria summa tibi.  
Es pius, es prudens, Ottom carus amicus,  
consilio arque fide singula facta geris.  
Struxisti Sancto Michaëli splendida tecta,  
insuper & tua lux luxit ubique bene.  
Antiquas lites tibi Gandesiana recoxit,  
at frustra, Juris tute Patronus eras.  
Ad tumbam demum miracula facta leguntur,  
vivus & extinctus Vir Reverendus eris.

Misit GOTTHARDUM nobis Hersfelda, stupendum  
doctrinâ, vitâ & religione virum.  
Ille Crucis templum fabricari jussit in urbe,  
struxit & ad muros nobile Mauriti.  
Inque salini cœnobium dat Bartholomæo,  
eximium atque aliud condidit Halathus.  
Michaëlitânum verò dum consecrat ipse,  
à densa Benno plebe perentus obit.  
Illi ad tumulum miracula multa coruscant,  
hinc Sanctos inter Roma locavit enim.  
Ardua molitur DITMARUS, & ardua sancti  
vicissent, modò si vita fuisset ei.  
Sub saxo pacem nunc Gandesiana fæcet  
invenies, fugiat mœsta querela procul!  
At quid tu decimas Adelheidi surripis amplas,  
Dithmare, acceleras tute tibi interitum?  
Mox etenim factum hoc incendia maxima plectunt,  
in quibus urbs, & des, summaque tempora cadunt.  
Vindex ipse sui Deus est: vel munera nulla,  
seu da perpetuò, & linque cuique suum.  
Una domus fratres comprænderat hactenus omnes,  
una dabat parcâ, quod satis, olla manu.  
Quam bona certabant omnes certamina, justis  
vinciti præceptis tunc, Benedicte, tuis.  
Sed rigor iste fugit: curtae laxantur habenæ,  
accipit & census & bona quisque suos.  
Hinc illæ lacrymæ! cessat communio, cessant  
antiqui mores, priscaque cura fugit.

Mutatur rerum facies; connixit *ASELMUS*,  
 Posteritas cuius molitiem reprobat.  
 Sedulus in cunctis, infastus in omnibus ille,  
 adversum sensit temper habere DEUM.  
 Immenso extinctam vult ædem condere sumtu,  
 ast vano nisu, dum struit, ecce ruit.  
 Non est successus, non est benedictio, cernis  
 & palpas læsi signa tremenda DEI.  
**HEZILO** disjecit molimina grandia *Aeselmi*,  
 struxit & ad normam, Sancte *Alefrede*, tuam.  
 Assurgunt muri, turrita cacumina templi,  
 & nitor & facies splendida cuique suis.  
 Argento & germis Ecclesia vasta coruscat,  
 artificesque suos angulus omnis habet.  
 Accipiunt *Petrus* & *Paulus* sua commoda recta,  
 in quibus ara DEI est, & facer ignis erit.  
**Creverunt** & opes, irritamenta bonorum,  
 nam puris animis omnia munda manent.  
 Victus, vestitus largè promuntur egenis,  
 pascitur in membris sic DEUS ipse suis.  
 Omnia nunc rident, & vix formosior urbs est,  
 cinxit eam pietas, pax, amor, alma salus.  
**Cessit** *Mauritius* Sanctis in monte pueris,  
 noctes atque dies que modulantur ibi.  
 Scandala sed propter mox longè transtullit illas,  
 substituens Fratres, qui canones crepitant.  
 Singula præclarè & fastis dignissima, turbas  
 si modò vitæs, *Hezilo*, Goslariae.  
 Sed labi humanum est, veniam miserere meretur,  
 terferunt lacrymæ crimina cuncta tuæ.  
 Vox postrema Patris: Fratres, mea corcula, nati!  
 ut bene sit vobis, vivite pacifice!  
*Antiquum* juxta canonesq; reducite vitam;  
 rellidite constanter vincula vestræ DEO.  
 Sunt ea paupertas, mens casta humiliisque, referata  
 obsequio; his gradibus vadimus ad Superos.  
 Dixit: & in cœlum suspirans lumina clausit;  
 & bona distribuit singula pauperibus.  
**Ex** *Alvenslebiis* *UDO* surrexit ad ensim  
 & baculum, dignum prædicto laude Virum.

Ipse suæ fortis faber est, quia Cæsari adhæret,  
concitat in pectus arma Virosque suum.  
Post iactus sapiens tranquilla in pace quievit,  
felix qui Domino vixerit atque sibi.

*BRÜNINGUS* prudens Princeps, & Pastor amandus,  
imperii cunctis omnia fausta dedit.

Ast anno quarto cathedramque mitramque pedumque  
linquens, mancipii pondera magna sui.

*Bartholomeani* claustræ se fecit alumnus,  
hymnis & precibus nocte dieque vacans.

Urbs illi carcer, verum hæc paradisus eremus:  
solus, si bene vis vivere, vive tibi.

Scripsisti, insignis *BARTOLDE*, volumina multa,  
in quibus ingenium cernitur atque labor.

Cœnobia ad veteres leges ubicunque reformatas,  
sexum intra cellas fœmineum cohibens.

*Bartolsrodenis* primus fundator & auctor,  
quod *Maria Magnus* deinde novale vocat.

Hospitium fuerat *Ringelheimense* sororum,  
acciipiunt Fratres nunc, *Benedicte*, tui.

Primus Praefectus Vir dignus laude *Rudolfus*,  
filius hic Sancti num *Michaëlis* erat?

Suscepit oblatos *BERNARD* invitus honores,  
maximus est animæ (credite) cura labor.

Elevat ex tumulo Venerabilis ossa *Gothardi*,  
& facit abs ejus nomine cœnobium.

Sanctis adscribi curat: miracula fulgent;  
confluxus populi quantus in urbe fuit!

Non est mendicus, sua qui non munera ferret,  
& plebis muri vix capiunt copiam.

*Wintzenburgensi Hermanno* cum conjugé cælo,  
Pileolus subito nuncia læta tulit.

Heus, *Bernarde*, infit, vin' tu jam ducere ronchos?  
surge, & abi: *Wintzenburg* sine fraude tuum est..

*Hermannus* cecidit! cecidit simul illius uxor!  
i, propera festim, & jura tuere tua.

Vix dictum factum: sic *Hillesheimia* castrum  
cepit, adhuc servans in ditione sua.

Ille Diocesi *Ringelin* incorporat, atque  
*Onolsburgum*, quod Praepositura fuit.

XX.

XXI.

XXII.

Ille

Ille sui juris defensor acerrimus, ille  
disrupit telas, *Gandefiana*, tuas.  
In senio viſſū privatū, at impiger ille  
ad lætum lethum sedulus usque manet.  
*Gotthardus* Fundatoris sibi corpus & ossa  
affervans, requiem jugiter optat iis.  
Prædecessoris *BRUNO* vestigia calcans,  
instaurat templa & castra ubicunque sua.  
Bibliothecam auger, dans ornamenta cuivis  
regali prorūs magnificāque manu.  
Instituit ſacrum quoque festum *Nativitatē*,  
Alma DEI Mater, Sancta Maria, tibi  
Gentis delicium eſt, & splendor maximus urbis,  
*HERMANNUS*, Cleri gloria, plebis amor.  
Quem Cæſar Fridericus amat, quem diligit omnis  
ex animo ſexus, cū pia turba fayet.  
Fidus mœſtarum Pater & Tutor viduarum,  
a cuius facie nullus abibat inops;  
Cunctis instituit festum ille fidelibus, atque  
ædem *Gandefiae* cernit in igne ſacram.  
Atque reædificatam rursus confeccrat illam,  
& *Blasio* templum dedicat ille ſuum.  
Turba Diœcēſin ferro vastabat & igne  
perdita, ſed quam mox arma Virique fugant.  
Ille Palæſtinam ſanctam Solymamique ſalutans,  
cerneret ut pura mente ſepulcra DEI.  
Naufragus arrepto licet affere forte redemptus  
perrexit ſudans, alit & omne tulit.  
In Latium tandem fessus miferaque reverſus,  
puram animam Domino reddidit ille ſuo.  
Imperii turbas inter multasque procellas  
inconcuſſa ſtetit mens, *Adaloge*, tua.  
Prudens & ſimplex, tibi lex & terminus unus,  
ſumma DEI cura eſt, atque ſalus hominum.  
A *Salome* affectas Comitatum *Dasselensem*,  
verum consilium diſjicit ille *Leo*.  
Aſt *Homburgensis* geminam tibi vendidit arcem,  
qua *Lauenſteinum* & ſplendida *Grena* fuit.  
*Brunsvigum* oppugnans ſociusque comesque *Philippi*,  
at bene qui latuit, vixit & ille bene.

XXIII.

XXIV.

XXV.

Mi

## POEMA IN EPISC. HILLESHEIMENSES.

119

XXVI.

Mi Präful *BERNO!* vix Te studiosior ullus,  
 prædicat id populus; pulpita, templa canunt,  
 Præposituram tu reddebas *Goslariensem*,  
 splendori veteri restituensque tibi.

Aufspice Te fastis Sanctorum inscriptus aperte  
*Berryardus*, cathedrae gloria sancta suæ.

In festas etiam *Brunsvigum* cum *Thiderico*  
 & *Wittikindo*, alt ausus ianuis erat.

*CONRADUS* primus Juris defensor & æqui,  
 reliquias templo & maxima dona dedit.

Plura datus, eum citius nisi fata vocassent  
*Heripolim*, miserè mox is ubi perit.

*Hundius* & *Reinsten*, quem castigarat utrumque,  
 cudent consilia in sangvinolenta caput.

Ille Comes fuerat Regis fidusque Sacerdos,  
 cùm sanctè ad sanctum vaderet ille solum.

Posset, si modò *Brunsvicensia* bella fugisset,  
 nunc melius famæ consuluisse suæ.

In quænam *HARBORDUM* tristissima fata referunt  
 tempora, præ luctu nemo referre potest.

Ampla Diœcesis vastata & perdita tota,  
 ludibrium populi & fabula plebis erat.

De sceptro inter se certârunt *Otto*, *Philippus*,  
 O quantum schisma hoc Imperiale fuit!

Quod niniūm videare, *Harborde*, favisse *Philippo*,  
 hæc est interitus unica causa tui.

Ah! consummatum est! hæc ultima linea rerum:  
 ô mores hominum! ô ferrea fata Dei!

Verum candidior reddit hora, Deusque placatur,  
 qui largâ dextrâ reddidit omne tibi.

Mæstos & miseros semper fiducia servat,  
 nescit enim Dominus deseruisse suos.

*SIGFREDUS* benefactor erat tutorque suorum,  
 Fratribus & templis qui bona multa dedit.

Ille bonæ mentis radios diffudit ubique,  
 cottidiè Phœbus splenduit iste recens.

Auxilium tulit afflito viresque *Philippo*,  
 milite cum *Brunsvicu* cingeret ille suo.

Sanctus at armatus visus defendere muros

Autor, & hinc quò se proripit ista manus?

XXVII.

XXVIII.

XXIX.

Indulxit

Indulxit veniam *Ottoni Regi morienti*,  
qui sua flens multum criminis fallitus erat.  
Et testamento subscriptis Principis æquo,  
laudes perpetuò cuius in orbe manent.

## XXX.

*CONRADUS* rerum sacrarum fautor & autor,  
fundat & instaurat cœnobia, atque juvat.  
*Castra* sua atque aulam reparans, bona multa suorum  
auxit, familiæ consuluitque suæ.

*Falckenberga* tuam laudabit, Maxime Præful,  
curam, laudabit *Winghusium*, tuam.  
Et *Willinghusum*, *Maria* & quoque *Magdalena*,  
quæs vitam & dotem dextera larga dedit.

Quantum mendici *Fratres* coluere Patronum,  
à Te strœta illis qui duo claustra tenent.

Providus in cunctis, & circumspetus ubique,  
& bonus usque tuis, atque beatus eras.

In cineres nisi quod collapsam videris urbem,  
hic quantus luctus cordolumque fuit!

Cuncta cadunt modò non, æquantur summa profundis,  
& tantum superest sola capella crucis.

*Consilium* prælens faciens *Franciscus* in urbe,  
Fratribus indixit multa statuta suis.

*Elisabetha* quoque tu miracula probasti,  
quærens, num verè singula facta sient.

Hospitium tandem tibi *Schonovicense* ministrat  
cœnobium; hoc corpus condit & ossa tuum.

Denuò schisma sacrum faciunt *Heinricus* & *Hermannus*;  
hic intrusus erat, ille vocatus erat.

*Heinrico* tantum est *Wintzenburgense* superstes  
castrum, ast *Hermannus* cætera cuncta tenet.

Fas & jura favent *HEINRICO*, præsidiumque  
*Hermannum* contra Papa lopondit ei.

Inque Diœcesin læsum sine fraude jubetur  
*Heinricum Heinricus* restituisse suam.

*Hermannus* passu Romam properante cucurrit,  
hujus ut edictum tolleret arte suâ.

Judicis ast papæ mansit sententia firma,  
& fractæ vires sunt, *Herimanne*, tuæ.

Causa trium facit bona sic, rerumque potitus  
*Heinricus*, magnâ dexteritate regit.

Cum

Cum Monachis monachæ vixerunt hactenus uno  
sub tecto, quæ res scandala multa dedit.  
Sic non instituit *Benedictus*, nec *Berevyardus*,  
ergo prunas à stramine Papa locat.  
Cautiùs ut posthac & religiosius illi  
vivant, & *Michaël* sit sine labe bonus.  
Ad portam est festiva dies celebrata latinam  
prima *Ioannis*: quæ cura *Ioannis* erat.  
Hic passim decimas, fundos, bona multa coëmit,  
quæ inter *Peyna* etiam litigiosa fuit.  
Oppugnant *Brunsvigenses* nunc undique *Peynam*,  
quæs tulit insignem ex scđere noster opem.  
Antistes verò facto sub schema certans  
clandestina inter consilia omne gerit.  
Adversum sociis quod sit, *Peynensibus* autem  
utile; nam cincti nil nisi verba dabant.  
Mortis & æternæ memores, *Pia Virgo*, salutis,  
reddimus hanc arcem atque omnia nostra tibi.  
Tu sis nostra hæres, hoc Tu patrimonium habebis,  
sola Tibi soli *Peyna* dicata manet.  
Solvitur obfidio: *Albertus* non senserat astum,  
quò tamen auditò, bella renata citò.  
Fallacem totus crudeliùs ibat in hostem,  
interea Antistes *Hillesianus* obit.  
Ut *Comitatus* ei pòst salvus & integer esset,  
electus *Frater Duxque Caputque suus*.  
*SIGFREDUS* multo captivos ære redemit,  
addens *Empenam Sarstediumq*, sibi.  
Illa hodie *Gronau* dicta est; certamina multa  
cum *Brunsvigeni* gessit ubique Domo.  
Claudicat in partes anceps victoria utrasque,  
quicquid sit, bello (credite) nulla salus.  
Felix, qui poterit pacis cognoscere fructus,  
& pace in milita vivit obitque pie.  
Proqué renitente urbe est arx *Stürvyaldia* structa,  
pellat at *Heinricus* vim furiosam hominum.  
Justis *Heymbeccum* capit armis, urbis & unam  
*Boklemii* partem comparat ære suo.  
*Dasselium* lites peperit: sibi vendicat istud  
*Heinricus*, feudi præterito Domino.

(R)

XXXII.

XXXIII.

XXXIV.

XXXV.

Fas

Fas & jus Corbeja stium defendit, & æquo  
obcento HEINRICVS, quæ facienda, facit,  
Ardenti tandem procul hinc est febre peremtus,  
vita bona est, ejus clausula quando bona est.

## XXXVI.

VVoldenbergensem Comitatum tradidit OTTO,

postremus Gentis surculus iste suæ.

Agmen prædonum ceditque fugatque, secundam

Boklemii partem subiicit ære sibi.

Emit Lutteram ad prærupra cacumina monis

Vrsani, templo dans bona plura sue.

Ejus & inventum sacrum Missa aurea, fecit

ille dies sanctos, Elisabetha, tuos.

Brunsvigensi Heinrico Schaumburgensis Ericus

oppositus, proh! quam fœbile schisma fuit.

Urbes & pagi vastantur, diripluntur,

luctus & lachrymas angulus omnis haberet.

Quas inter turbas HEINRICVS abire volebat,

auter at illarum morte peremtus obit.

Hinc optata quies: multarum commoda terum,

Heinrici felix imperiumque fuit.

Praefuit ille bene, & sapienter profuit ille,

& festum Christi corporis instituit.

Schattlandus, monachus mendicans, iste IOANNES,

arduum ad hoc manus totus ineptus erat.

Accedens subito vult cernere bibliothecam,

ostendunt clypeos, arma Virosque suos.

Hæ sunt Pandectæ: hæ sunt magna volumina nostra,

omnis in hoc codice est forsque salusque tua.

Territus ille fugit Romam, spartamque relinquit;

tertius enim vita desidiæque suæ.

Nobilis ascendit cathedram de Monte GERHARDVS,

lux Cleri, & populi Gloria rara sui.

Vilis erat persolla, & totus homuncio parvus,

doctinâ prestans ingenioque gravis.

Nobilium furum compescuit ille furorem,

clarum pugna facit Dinckleriana Virum.

Ille catenatum quæ Magnum ceperat, atque

plures ex lecta Nobilitate Viro.

Gratus pauperibus dat plurima munera, rectum

aurò contexit, Virgo beata, tuum.

Inque Diocesi faciens munimina tutæ,

impeasis struxit post tria castra suis.

Sed placuit Paderborna substituisse IOANNEM;

exarsit bellum (proh dolor!) inde novum,

Hojanus quod vixus magnâ elade recessit,

inde Diocesi quanta ruina suæ!

Attendas, quæso, nostra Hillesheimia, fabor

sincerè tecum, cum tua res agitur.

Noane

## XXXVIII.

## XXXIX.

## XL.

Nosne tibi semper fatalia bella fuere,  
Semper enim facta es pauperiorque minor.  
Bello nulla salus est : bis te quippe, Ioannes,  
tot captis cæsis, terga dedit scio.  
Eckhardum sed cur in vincula trudis ab Hamo,  
clarum candore & religione Vitum.  
Ille perit, perit simul at tua gloria, factum  
hocce nec insigni suspicione caret,  
Facundâ poteris quam non detergere lingua,  
nam niger es, niger es, tu niger atque manes.  
Succedat MAGNVS, Dux Saxonie inferioris,  
& videat, num te major is esse queat.  
Ansâ salutis abest : renovantur bella, querelæ  
augentur, miserè Pastor ovisq; perit.  
Devotus civis faciens Collegia sacra,  
Gofredus, lege has dedit ipse suis,  
Corde manuq; illi omnes orent atque laborent,  
& maneat servi perpetuò Domini.  
Auxit Nudipedum cœtum Fridericus, ita omne  
BERNARDO nato traditur Imperium,  
Fit custos Fatri, feliciter omnia recte  
hic gentem summâ dexteritate suam.  
Dissidium illi ac Wilhelmo fecere salina,  
ambobus nuper quas Lyneburga dedit.  
Formosam tandem Mechildem duxit, & easem  
cum baculo affini reddidit ipse suo.

XL.

ERNESTVS venator erat, non Pastor, ovile  
vix curans, catulos palcite quosq; suos.  
Cœnobium fertur tamen instaurâsse Gothardi,  
hoc est, quod dignum laude peregit iners.  
Ob pugnam infastam cum Brunsvigensibus aetiam  
enecuit tandem moror & angor eum.  
Schisma novum faciunt nobis HENNINGVS & HERMANN :  
hic cessit, motus nascitur inde recens.  
Balthasar Antistes Suverinô inducitur, illi  
Peynam dant, ubi cum Präposito latuit.  
Henningo castum dant Sturrwaldense fideles  
cives, in quo tuus tutior ille fuit.  
Balthasarum tandem sua spes delulit hiantem,  
cogitur ad caulam sicce redire susum.  
Vicit ! io vicit ! pietas Henningis, candem  
pax compensârunt largius atque salus.  
Principium, BARTOLDE, tuum bene servet, &c., ausim  
dicere, felix est : sed medium repuit.  
Ergo tibi placuit temere irritate Leones ?  
optima pax rerum prospetiora dabit.  
Parce, precor, ferro, quorum in tua viscera lœvis ?  
tene jurat corpus dilaniâsse tuum ?

XLII.

XLIII.

XLIV.

XLV.

Sat

Sat casum est: magnis potior pax mille triumphi;  
pax redeat, laus sit, quod redit illa, Deo.

Crelcit amor Patrie, & patriæ concordia crescit,  
dat pax Justitia basis multa piz.

Cœnobium in stauras Ringelheimense, reformas  
Nudipedes fratres, quos Lyneburga fover.

Augia stabulum montem purgasq; Georgi;  
& facis ex voto, quæ facienda tibi.

Sed Rottenburgum tandem tibi lumina claudit,  
& servat cœnates optima Ferda tuos.

ERICVS primò statim annò sponte resignans,  
sacrum Germano linquit ovile suo.

Ille Monasterievis Episcopus omnia justè  
aque pie faciens, nōmina summa meret.

Verū ego quid de Te dicam hinc, infauste Ioannes,  
jurant in mortem cuncta elementa tuam?

Quis varijs casus, quis tot discrimina rerum,  
& mala quis poterit dicere cuncta tua?

Annales referant Hillesheimensia bella hæc,  
volvat eos, si quis logula fecire velit.

Saxoniam ergo tuam repetens atque arva patezna,  
tradis Balthasar lampada Merclenio.

Ambitus homo, titulos & munera captans,  
infelix semper mansit in officio.

A nobis abiit Constantiam, ubi ille caballo  
delaylus morbo mortuus attorito.

OTTONE M. Paulus sublimi privat honore,  
quid causæ? fuerit religionis oous.

Hic Valentinus TEVTLEBIVS usque studebat  
omoe Diocesis restituisse suæ.

Sed nihil effecit; condit Moguntia corpus,  
spiritus ast cœtu rident angelico.

Reddita Peyna tibi FRIDERICE, sed est breve tempus,  
quod vivis, sumus, somnus & umbra sumus.

BVRCARDVS bonus est, & si fortuna dedit illi  
pondus consiliis, optimus ille forer.

Cœtum claude tuum, Dux Maxime, sit benedictum  
principium Imperii & finis ubique tui!

ERNESTVS vivat! quoque Tu Hillesheimia vivas!  
& videoas multos, sed sine nube, dies!

Sic ego iustinus scripsi Bartramius; atque hæc  
obsequit & fidei symbola suntu inci.

Distortis pedibus vadit mea Musa, sed omnes  
defectum supplet mens sine fraude bona.

Saxonæ nostre Rectores Saxonæ recenset:  
si satis est, bene! sin, tu mihi fac melius.

ACTA